

populo. Quantum ad carnales verò supra. 8. inmut q̄
 acceperunt spiritum seruitutis in timore. Altud verò
 beneficium ponit quod respicit futurum cum dicit, Et
 gloria filiorum dei eis repromissa. In cuius signum le
 gitur Exod. vlti. Quòd gloria domini impleuit taber
 naculū. ¶ Deinde ponit alia beneficia figurata, quorū
 tria sunt figura præsentis spiritualis beneficii. Et ho
 rum primum est testamentum. i. pactum circumcisi
 onis Abrahæ darum, vt dicitur Gen. 17. Quauis hoc
 possit referri ad testamentum nouum quod primò Iu
 dæis est prædicatum. Vnde & dominus dicebat Matt.
 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus
 Israël. Et Hier. 31. dicitur, Feriam domui Israël foedus
 nouum. Secundum est lex data Moyse. Vnde & subdit,
 Legitatio. Eccl. 24. Legem mandauit nobis Moyses.
 Tertium est cultus diuinus, cui dicit, Et obsequium quo
 scilicet deo seruebāt, oib⁹ alijs gētib⁹ seruieb⁹ idolis.
 Ela. 44. Et nūc seue me⁹ iacob rectissime quem elegi.
 ¶ Deinde ponit id quod pertinet ad futuram gloriam,
 cum dicit, (Et promissa.) Promissiones enim factæ in
 veteri testamento implet per CHRIS TV M, Iudæis
 præcipuè factę videntur. Vnde dicitur infra. 15. Dico
 IESVM CHRIS TV M ministrum fuisse circumcisi
 onis ad confirmandas &c. Fecerunt autem eis multas p
 missiones factæ de bonis terrenis, vt patet Leut. 26. &
 Deut. 18. Sed per illa temporalia bona spiritualia figurā
 tur. Tertiò autem describit dignitatem Iudæorum ex
 origine, cum dicit, (Quorum patres,) quia, (secundum
 carnem sunt progenti ab illis patrib⁹ qui fuerunt ma
 ximè deo accepti. Deut. 4. Dilexi patres tuos & el
 gi semē eorum. Oiaq. 9. Quasi prima poma ficulnæ ei⁹
 vidi patres eorum. Quarto ostendit dignitatem eorū
 ex prole, cui dicit, Ex quibus & CHRIS TV S est geni
 tus secundum carnem, sicut ipse dicit Ioan. 4. Salus ex
 Iudæis est. Et ne hoc parum videatur ostendit CHRIS
 TV S dignitatem, dicens, Qui est super omnia deus be
 nedictus in secula, Amen. i. Ioan. vlti. Hic est verus de⁹
 & vita æterna. In quibus verbis quatuor hereses destru
 untur. Primò quidem Manichei qui dicebat CHRIS
 TV M habuisse corpus phantasticum & non verum
 quod remouet per hoc quòd dicit, secundum carnem.
 Habet enim veram carnem, secundum illud Luc. vlti.
 Spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis ha
 bere. Secundo heresis valentini qui dicit CHRIS TV M
 non de massa humani generis, sed de celo corpus aut
 lisse. Quod quidem excludit in hoc quòd dicit, CHRIS
 TV M ex Iudæis secundum carnem esse, secundum
 illud. Matth. 1. Liber generationis IESV CHRIS TV
 filij Dauid. Tertio heresis Nestorij qui posuit aliū esse
 filium hominis, aliū dei: contra quem Apostolus hic
 dicit, quòd ille est ex patrib⁹ secundum carnem qui est
 deus super omnia. Quarto excluditur heresis Arrij qui
 dicebat CHRIS TV M esse minorem patre, & quòd est
 creatus ex nihilo. Contra quorū primum dicit quòd est
 est super omnia. Contra secundum quòd est benedict⁹
 per omnia secula. Hoc enim de solo deo dicendum est
 quòd eius bonitas duret in secula. ¶ Lectio 11.

On autem quòd exciderit ver
 N bñ dei. Non enim omnes qui
 ex circumcissione sunt Israel, hi
 sunt israelitæ, neque qui semen sunt
 Abrahæ omnes filij. Sed in Isaac vo
 cabitur tibi semen, id est non qui filij
 carnis hi filij dei: sed qui filij sunt, pro
 missiones estimantur in semine. Pro
 missionis enim verbum hoc est. Secū

dum hoc tempus veniam, & erit Sare
 filius. Non solum autē illa, sed & Re
 becca ex vno concubitu habens Isaac
 patris nostri. Cū enim nōdum nati
 fuissent, aut aliquid boni egissent aut
 mali vt secundum electionem propo
 sitū dei maneret, non ex operibus sed
 ex vocante dictum est ei, quia maior
 seruiet minori, sicut scriptum est, Ia
 cob dilexi, Esau autem odio habui.

eorū & tas
 les ostēdit
 esse filios
 dei: hancq̄
 filiationē
 esse ex sola
 electione
 dei.

¶ Postquam apostolus posuit dignitatem Iudæorum,
 nunc ostēdit quòd ista dignitas non pertinet ad eos qui
 carnaliter processerunt ab antiquis patrib⁹, sed ad spi
 rituale semen quod est ad deo electum. Et primò ostēdit
 quòd huiusmodi dignitas pro enat ex electione di
 uina. Secundo ostendit quòd hæc electio communiter
 pertinet ad Iudæos & ad gentiles, ibi, (Quos etiam vo
 cauit non solum &c.) Circa primum duo facit. Primò
 ostendit quomodo ex electione diuina homines spiri
 tualem dignitatem consequuntur. Secundo mouet quæ
 stionem de iustitia diuinae electionis, ibi, (Quid ergo di
 cemus?) ¶ Circa primum duo facit. Primò proponit
 quod intendit. Secundo ostendit propositum, ibi, (Sed
 in Isaac &c.) ¶ Circa primum duo facit. Primò ponit
 firmitatem diuinae electionis. Secundo ostendit in qui
 bus impletur, ibi, (Non enim omnes &c.) ¶ Dicit et
 go primò, ita dictum est quòd eorum sunt promissa &
 adoptio filiorum, & gloria, pro quorum casu est mihi
 magna tristitia & continuus dolor. Non autem est hoc
 sic intelligendum quòd verbum dei exciderit. i. frustra
 sit, quia & si non habet locum in quibusdam qui excide
 runt, habet locum in alijs. Ela. 55. Verbum quod egredi
 tur ex ore meo non reuertetur ad me vacuum &c. ¶ Pal.
 In æternum domine permanet verbum tuum.

¶ Deinde cum dicit, (Non enim &c.) ostendit quomo
 do & in quibus verbum dei exciderit. Circa quòd consi
 derandum est quòd iudæi de duobus præcipue gloriabā
 tur, videlicet de Abraham qui primò accepit pactum
 circumcissionis à domino, vt dicitur Gene. 17. Et de Ia
 cob siue Israel cuius tota posteritas in populo dei con
 numerabatur. Non autem ita fuit de Isaac. Nam poste
 ritas filij eius Esau ad populum dei vò pertinebat. Vn
 de apostolus ostendit propositum. Primò quidem per
 comparationē ad Iacob, dicens, Non enim omnes qui
 sunt ex Israel. i. ex Iacob secundum carnem progenti
 hi sunt veri Israelitæ, ad quos pertinent dei promissa, sed
 illi qui sunt recti & videntes deum per fidem. Ela. 44.
 Rectissime quem elegi. Vnde & dominus dicit Natha
 nael. Io. 1. Ecce verus Israelita in quo dolus non est. Hoc
 autem nomen Israel impositum fuit Iacob ab angelo.
 vt patet Gene. 32. Secundo ostendit idem propter com
 parationē ad Abraham dicens, Neq̄ omnes qui sunt
 carnales, semē Abrahæ sunt spirituales. Abrahæ filij qui
 bus deus benedictionem repromisit, sed solum illi qui
 eius fidem & opera imitantur. Ioan. 8. Si filij Abrahæ
 estis opera Abrahæ facite.

¶ Deinde cum dicit, (Sed in Isaac &c.) manifestat pro
 positum. Et primò quantum ad Abraham. Secundo
 quantum ad Iacob, ibi, (Nō solum autem illa &c.) Cir
 ca primum tria facit. Primò proponit autoritatē scri
 pturæ, dicens, (Sed in Isaac vocabitur tibi semen.) Hoc
 dominus dixit Abrahæ, vt habetur Gene. 21. Vbi age
 batur de expulsiōe Hysmaelis. Quasi dicit, Non om
 nes qui nati sunt carnaliter ab Abrahā pertinet ad illud
 semen cui facta est repromissio, secundum illud Galat. 3.

Quatuor
 hereses de
 struuntur.

Ostendit q̄
 tes esse illū
 pras ad di
 gnitatem
 Iudæorum
 & eos esse
 filios qui
 sūt filij imi
 tatione vt
 pote filios
 Abraham
 & Iacob
 habent &
 imitat fidē